UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

5 Filius Aduocati electi ad patronicium Reip. idoneus eligi debet à Rep. ad idem patrocinium in locum patris deficientis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

iuſmodi antelatione, ſubdit, *&*
hoc puto de iure procedere, ſiue
Parentes ſint mortui, ſiue viuant,
nàm hoc * *priuilegium eſt indul-* 4
tum filijs propter parentes, &
ideo ſimpliciter hoc priuilegio gau-
dere debent, & Barboſ. *in Collect.*
num 8. inquit, obſeruaſſe Do-
nellum *Comment. Iur. lib.* 18.
cap. 3. *col. vltima in fine* Petr. de
Gregorio *de conceſſ. feudi part.*
1. *quæſt.* 4. *num.* 8. & Valaſc. *con-*
ſult. 129. *num.* 13. quòd * ſi 5
Aduocati perpetuò electi in pa-
trocinium Reipublicæ dece-
dant, eorum filii ſuperſtites, ac
Doctores, potius eligendi ſunt
ab ipſa Republica, quàm alii
extranei, addendo ex Petro Gre-
gor. Tholoſ. *ſyntag. Iuris lib.* 47.

cap.9. num. 23. verſ. benè, Ro-
6 manos * ideo Senatorum filios vnà cum Patribus in Curiam admiſiſſe, vt exemplo parentis negotiis terminandis aſſiſterent.

Hinc Veſtrius *in Praxi lib. 2. cap. 18. De Aduocatis Conſiſtorialibus num.2.* recenſendo priuilegia per Imperatores, ac Summos Pontifices conceſſa eorum ordini, dixit, *ampliùs,*
7 *& locum parentis in ipſo ordine ad filium Iurisperitum, & aliàs idoneum tranſmittendi, quod ad Nepotes etiam ex filio iure traduceretur. imò noſtris temporibus ad fratrem, benignitate tamen Principis pro ea dumtaxat vice extenſum fuit*, quibus ſanè verbis do-